Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Odor suavissimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

[…]ur, ut loquitur S. Gregorius *ep.*140. amore ac deſi-[…]o pulchritudinis æternæ, ac Divinitatis ſuæ, ſupera-[…] omnem alium amorem, omne deſiderium pulchri-[…]dinis terrenæ. Beatus, qui cuſtodit lectum animæ ſuæ, [ar]matus hoc gladio divini Amoris: quia hoc facilè vin-[cet], ac debellabit omnes ſuos inimicos.

O gladius victor! tu ſolus triumphas in cœlo, tuæ [vi]ctoriæ ſolæ æternùm cantabuntur à cœleſtibus Can-[to]ribus: hæc ſola vox reſonabit in plateis cœli; Vivat [Sa]nctus Amor, vivat Amor Divinus. Vivat, vivat [A]mor, qui Deum fecit hominem, & hominem Deum; [V]ivat, vivat Amor, qui Matrem Dei fecit Virginem [Sa]nctam Mariam.

CONSIDERATIO XXV.

AMOR DEI,

Odor ſuaviſſimus.

AMor Dei in Sacro Cantico comparatur odorato fumo incenſi. *Sicut virgula fumi,* dicitur *Cant.*2. [qu]ia ſicut thus incenſum, cùm adoletur, parte ſui craſſio-[r]e manet in terra, ſubtilior autem evaporat in altum: [s]ic anima amans, accenſa igne Sancti Amoris, corpore quidem habitat in terra, ſed co[g]itatione & affectu ſuſpi-[r]at ad Deum, moratur & regnat in cœlo.

O Sancte Amor, odor ſuaviſſime odoratui Dei! fre-quentia hujus odoris maximè ſentitur in oratione de-[v]ota & fervente. *Aſcendit fumus incenſorum de ora-tionibus Sanctorum. Apoc.*8. O Sancta occupatio, *orare & amare*! Amor accendit orationem, & oratio nutrit amorem.

Omnes virtutes ſunt odoriferæ coram Deo. *Habent [o]mnes colores ſuos, habent & odores,* ait Bernardus *ſ.* 71. in Cant. Sed ſuper omnia ſuaviſſimum odorem exhalat Caritas. *Eſt odor mortis in mortem* peccatis & ſenſui;

quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia ubi regnat Amor Dei, non regnas peccatum. E
odor vitæ in vitam: quia dat vitam ſpiritui. Nam ſa
tus amore vivit, amore nutritur. O amorem odoriſ
odorem vitæ in vitam, odorem vitæ, qui dat vitam &
veram, æternam vitam!

CONSIDERATIO XXVI.

AMOR DEI,

Intrepidus in ſperando.

NOn timet Sanctus Amor, neque diffidit de pr
propter ejus magnitudinem: quia confi
gnitatem pretij, teſte Bernardo, *ſ* 16. *in Cant.* Si
geris, quanta ſit gloria cœleſtis, reſponde, Infinita
nitus ergo eſt etiam valor ac pretium.

Ad emendam gemmam pretioſam duo tantum
neceſſaria; Pretium æquivalens, & ut hoc noſtrum
Neutrum horum deeſt nobis ad comparandam gem
gloriæ: quia pretium Sanguinis, & mortis Chriſti
finitæ dignitatis; & eſt noſtrum, nobis datum ac
Filius datus eſt nobis. Iſai. 9. *Nemo igitur deſperet*
dicat, Ibi non ero, Habemus ſanguinem Chriſti, habemus
mortem Chriſti, ait Auguſtinus. Nemo cauſam h
minùs certò, & ſecurè ſperandi gloriam æternam
Sanguis, & Mors Salvatoris ex noſtra parte ſecuro
reddit. *Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo* eſt tota mea
ac fiducia. Spero per ipſum, propter ejus merita: ſpero
cum ipſo, per ejus auxilia: ſpero in ipſo fieri beatus
ejus aſpectu.

Quid mirum, ſi intrepidè incedas, Amor Sancte
Victoria tua eſt, corona in manibus tuis Videor
mihi jam audire applauſus, & lætas invitationes C
vium cœleſtium, qui te vocant, & invitant ad gaudia
æterna. Ama; anima mea, ſpem tuam. *Spes noſtra*
Chriſtus. Coloſ. 1. ama tuam fiduciam *Fiducia noſtra Ma*
ria dicunt Auguſtinus & Bernardus. Ama JESUM,
ama

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN